

De Ho. ibiz.

127.

J. Jacobo Grynaeo David Pareus
 Salutem. Duo Wetpeli fratres Hassi M. Heinrich et M. Tho-
 mas, venerande Pater Grynae, virtute et eruditione. prae-
 stantes juvenes viri, annam integram in Academia nostra studia
 theologica magna diligentia tractarunt, mihiq; domestici fu-
 erunt. Nunc Parentis iuste ad vestram Academiam et Eccl-
 esias Helveticas, Sabaudicas, Gallicas, Anglicas, Belgicas vifen-
 das peregrinatione instituta, literis meis ad Tuam Paternita-
 tem viam sibi resud. flagitantibus, officio meo deesse nolui. Cos-
 dem igitur benevolentia Tua meliorem in modum comendo:
 prout virtus eorum atq; eruditio singularis meretur. Hos
 n. egregios Ecclesie Patria Quersuq; aliquando futuros
 omnino. Felicem Hassiam talibus ingenis! Quid vero de
 Vorstianis turbis tibi videtur? Mirum ni Belgium hoc
 incendio prorsus conflagret: cujus favilla utinam non eti-
 am vicinas nostras Ecclesias corripiant! Prodierunt his
 nundinis Vorstii et nostrorum aequisita scripta polemi-
 ca plus minus octo. Deus bone, quanto cum scandalo!
 quanto satana et adversariorum nostrorum tripudio! In-
 veniamus quosdam aliquod madayma huic vulnere: diu cogi-
 tatur de Orthodoxorum convulsis. Nonne haec sola causa
 sat gravis? utinam deus hanc curam det in corda Princi-
 pum nostrorum: cum primis Maone Britanniae Regis,
 Fidei defensoris. Equidem cogitavi de leni scripto Sial-
 dachmii, quo dissidentes partes in concordiam reduci possent.
 Verum occupationes meae non sinunt. Nec aetas tua tibi
 hic aliquid permittit. Vixit Filius Dei, de cujus gloria
 decernitur, ut potenti dextra sua Ecclesia laborant;

adsit, nec scandalis tantis eam lacerari sinat. Hujus gratia
Te, mi Pater, ex animo commendo. Heidelberg. 16. April.
1678.

128.

Illustri et Magnifico Domino
Johanni Dionysio à Hierotin: Do-
mino in Namiesb, Selavitz, Pausdrum,
et Brandeis &c. Regia Hungaria et
Bohemica Majest. necnon Archie-
piscopi Austriae Maximilianii
Cubiculario.

Illustris et Magnifice Domine: Effi. complere s-
abierunt anni, ex quo tu relicta Academia nostra,
atq; regionibus exteris peragratis in charissimam
Saxa Moravia vestra sedem fixisti: non dubito tamen
Te aliquam nominis mei memoriam retinuisse. Nos
quidem gratissimam Tui recordationem nunquam
deposuimus. Eam vero cum hoc tempore veneran-
dus senex, vir spectatissimus Johannes Abincionius,
qui Magnifico Domino Carolo, fratri Tuo est
à Secretis, et generosum adolescentem Johannem
Theodorum Hierotinum, in gratiam Tuam contra-
sernio Illustrissimi Principis Junioris adduxit,
jucundissimis suis sermonibus nobis refricasse,
Tuamq; virtutem ac statum florentem pluribus
mihi collaudasse, non potui, quin breviter hoc Episto-
licis studiis atq; officiis meis, si qua in hac aetate
à me in Dignitatem Tuam proficisci possint, humi-
liter tibi deferrem. Dabitur forte aliquando
materia publicè contestandi, quando Te faciam.